meipsum. **O**ctauo premiorum merita aug  
mentat. Non enim quis meretur ex hoc q. non  
furat vel mecharur. vel non odit cū super his nō  
impugnetur. Sed cum tentatur de his et resistit  
tunc meritum augetur Jacobi. j. Beatus vir q.  
suffert tentationem. quoniam cum pbatu fuerit  
accipiet coronam vite. Vnde in vitaspatorum  
legitur. q. cum quidam adolescens discipulus  
cuiusdam sancti senis semel cum eo diceret offi  
cium et pater ppter vigilias precedentes tormi  
tasset. pre reuerentia non audebat eū excitare.  
sed tentatio cogitationis irrepsit ei. vt recederet  
ad cellam suam vadens. et post tempus rediret  
Sed sibi vim faciens rīdebat q. licentiā nō ha  
buerat a patre suo. Sicq. septies sup hoc tenta  
tus fuit. Erinde pater euigilans illū vidēs asta  
re miratus est. et post officium dictū cum eo mī  
sit ad cellam. Post quod in oratione se tradens  
vidit in celis sedem patris cū semprē coronis de  
super. **Et** cum ille miraretur. et quereretur cui illa  
parata sedes esset. dictum est discipulo suo. **Et**  
cum interrogaret quare septem corone super eū

posite erant. dictum est. quia illa nocte septē vi  
cibus resisterat tēratōi instiganti eū ad recedem  
dus. **Et** ideo p. qualibet vice sibi meruerat vnā  
coronam. **N**ono tentatio peccata purgat. Sa  
pientie. ij. Deus tentauit illos. i. p. misit tentat  
ri. et inuenit illos dignos se. **T**anq. aurum in  
fornace pbauit illos. Aurum autem in fornace  
ignis purgatur a mixtura vili. hinc et beatus gre  
gorius. ait. Ab electis suis temporali afflictōne  
maculas iniquitatū curat abstergere. quas i. eis  
in eternum non vult videre. de peni. distm. p. ia  
**S**i peccatum. **I**ntentatiōne enim homo affigit.  
dum sibi vim infert ne assentiat. in quo magis  
frequenter anxiatur q. per afflictionem corpora  
lem. Vnde patienter ferendo molestiam et resi  
stendo. purgantur peccata quo ad penam debitā  
scz per modum satisfactionis. **Et** ad hoc facit q.  
legitur in vitaspatorum. q. cum quidam sanctus  
religiosus ad extrema veniens. timores et horro  
rem multum ostendisset extentionibz quas  
patiebatur defunctus apparuit cuidam sibi fa  
miliari. in statu glorie se esse affirmans. **Et** cum  
ille quereretur quare tantum horrores et afflictio  
nem habuisset in fine. Respondit. Nescis scrip  
tum esse scz in Job. lx. capitulo. quia territi pur  
gabuntur. **D**ecimo et vltimo in celo coronat  
Luce. xxij. ait christus discipulis Vos estis qui  
permanistis mecum in tentationibus meis. et  
ego dispono vobis regnum. vt edatis et cetera.  
**N**on coronabitur ait apostolus. q. ad **T**himo.  
ij. nisi qui legitime certauerit. Certat legiti  
me. qui resistit et vincit in prelio tentationum.  
**V**nde apocal. ij. dicitur. Vincenti dabo edere  
de ligno vite quod est in paradiso dei mei. **H**ec  
est fructio diuinitatis. **Et** ex his illudis draco iste  
et serpens antiquus. et demum proicitur in ter  
ram inferni. vt dicitur apocal. xij. ad ducta sibi  
pena ex accidentalī malicia tentationum. et san  
cti liberati ab eo gratias agunt omnipotenti do  
de victoria habita eius gratia. **D**e materia tem  
tationum habes etiam multa supra in prima  
parte.

**De tribulatione maxima que erit tempore  
Antichristi. Capitulum quartum**

**Q**uia tentatio mari  
ma fiet hominibus tpe antichristi iō  
nunc de ea. **Et** quia locuti sumus de  
diabolo tentante sub nomine draconis Johan.  
apocal. xij. de dracone loquens ait. Vidi angelū  
descendentē de celo habentē clauem abyssi et cal  
thenam magnam in manu sua. et apprehendit  
draconem serpentem antiquum qui est diabo  
lus et sathanas. et ligauit eum per annos mille et  
misit eum in abyssum. et clauit. et signauit sup  
eum. **Et** subdit. **P**ost q. consummati fuerint

## Capitulum Quartū

mille anni. soluet sathanas scz draco iste de carcere suo. et erit et seducet gentes. Et de eo etiā dicitur capitulo duodecimo q̄ draco iste cauda sua trahit de celo tertiam partē stellarū. Quis sit iste draco ipse Johannes insinuat. quia sathanas. angelus descendens de celo et deiciens et ligans eū in abyssum. potest dici eē magni cōsilij angelus scz christus q̄ passus. et ad inferos anima eius descendens cum veritate. patres de limbo eduxit ligans in inferno insatiabilem hominidam diaboli id est potentiam suā. et maliciam suā debilitans virtute sue passionis. ne q̄tum cupiat nocere preualeat in animabus. In corꝝ pꝛibꝝ autē seuiendo per tyrannos infideles contra christianos. precipue videtur fuisse ligatus tempꝛe. siluestri imperio ad fides conuerso. Dñi et in figuram huiusmodi. Siluester papa alligauit draconem materialem inficientē et occidentem populum rome in foueam pfundissimam. Dicit autem beatus gregorius. xxxij. moral. tractans illud Job. xl. Stringit scz beemoth caudā quasi cedrum. q̄ millenario numero ratioe sue perfectionis significat omne tēpus ecclesie quā tumcūqꝛ sit vsqꝛ ad finem eius id est tempus antichristi. Unde ponitur numerus tēterniatus pro iudeterminato. post quod dicitur solui draco sathanas de carcere suo qui tempore Antichristi permittitur amplius seuire corporaliter et spūaliter per illum pessimum hominem antichristum. Et hoc est cauda vbi maxime est venenum draconis et beemoth scz Antichristum q̄ in fine ecclie erit. quasi beemoth qui ad litteras est elephas. quia diabolus ipsum antichristum valde eleuabit in potentia. et temporali dignitate super omnes. sicut cedrus est altissima arbor et stringet duntia et feritate. Unde et tertiam partem stellarum dicitur draco iste deicere cauda. quia per antichristum multos qui valde resplendebant in ecclesia doctrina. et vita deiciet. Del prosternendo per mortem ad terram quoad sanctos. vel prosternendo multos spūaliter inducendo ad terrena. Quantū autē sit diabolus tunc tentationibus et tribulationibus seuiturus dominus noster Iesus insinuat. dicens. Mat. xxij. Erit tunc talis tribulatio qualis nō fuit ab initio mūdi vsqꝛ modo. nec fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi. nō fieret salua omnis caro. et vñ sit grauitas huius tentationis tūc beatus gregorius. vbi supra scz. xxxij. lib. moral. sic ostendit dicens. Didendū valde est cū beemoth iste caudā suam. vt cedrum subleuat. in quo tūc atrocior q̄ nunc se ererit surgat. Que enī pernarū. genera nouimus. que non iam vires martyrum exercuisse gaudemus. Alios enī improviso ictu. immeris gladius strauit. Alios crucis patibulo affixit in quo et mors puocata repellitur. et repulsa puocatur. Alios irsutis feri

ta tentibus attriuit. Alios armatos ferro insultans vngula sparfit. Alios beluina rabies mortibus detrancando comminuit. Alios ab intus viscerum p̄ cutem pressa vis verberis rupit. Alios effossa terra viuis operuit. Alios dimerlos in morte precipitium fregit. Alios in se pietos aqua repleta ablorbuit. Alios edax flāma vsqꝛ ad cineres de pasta consumpsit. Cū ergo beemoth iste caudam suā in fine mundi amplius dilatat. quid in illis tormentis tūc atrocius exurgit. nisi illud qd̄ in euangelio dominus dicit. Surgent pseudo p̄phete. et dabunt signa magna et prodigia. ita vt in errore mittantur si fieri potest etiam electi. Nunc enim fideles nostri mira agunt cum pueris patiuntur. Tunc autē beemoth huius satellites scz antichristi etiam cum praua ingerunt mira acturi sunt. Pensem⁹ igitur que erit illa humane mentis tentatio. qm̄ pius martyr et corpus tormentis ingerit. et tam ante oculos eius mira tortor facit. Quis tunc virtus non ab ipso cogitationū fundo quatitur. quanto is qui flagris cruciat signis coruscet. Sic ergo beemoth stringit caudā suam quasi cedrū qm̄ nimis et altus tunc erit veneratione p̄digij. et durus crudelitate tormētū. hec. b. greg. Et i antichristo fuit et erit fortitudo temporalis. In sanctis qui vincunt tentationes et tormenta erit fortitudo spūalis. Multa reperiuntur de antichristo pronuntiata in sacris scripturis et per doctores declarata. Sed per maxime de eo agitur Dan. c. viij. et viij. vt exponunt omnes doctores. Unde et christus loquens et pronūciās de exterminio et tribulatione marina hierosolyme ac etiā afflictione ecclesie durissima per antichristū. que postea cito habitura est finē. inquantū militis. p̄ finē mundi et finale iudicij dixit. Mat. xxij. Cū videbitis abominationē desolationis stantem in templo que dicta est a danielle p̄pheta. tunc qui legit intelligat scz tunc impleri illam p̄phetiam. hec propheta habetur daniel. ix. in fine. Vbi postq̄ danieli fuit reuelatum tempus determinatum future incarnationis in. lxx. ebdomadibus annorum. et de passione christi et fructu eius. et destructione hierosolyme per tyrum cum romano exercitu dicit post finem belli statuta desolatio scz hierosolyme. et paulo post. In templo erit abominatio desolationis. et vsqꝛ ad consummationem et finem perseverabit desolatio. vt dicit Nicolaus de lyra. Abominationem appellat hebrei idola seu ydolatrias. que inter vicia maxime est abominabilis. Abominatio ergo desolationis est ydoli positi in templo desolato. i. destructo. qd̄ fuit factū scdm̄ quosdā de ymagine. Tiberij impatoris quā pylatus posuerat in templo. Sed hoc iam factū fuerat. Dñi alij dicunt de imagine cay impatoris hoc. quam mandauit poni in templo vt adoraretur. quod fuit factum

## Titulus XIII

post recennium a passione domini. **S**ed melius videtur exponendum, ut dicitur per comen. in historia scholastica. de eo quod gestum est per euerfionem hierusalem. per Titum ab adriano imperatore. qui posuit statuam suam in templo desolato et euerfio ubi archa stererat. Vestigia enim adhuc quedam civitatis remanserant, et iudei qui undecim usque venientes ad locum sanctum redibant et multiplicati remouerunt statuam. Et hoc adrianus audiens, posuit manum suam extremam, et funditus euerfit urbem et mandauit artissime ne quis iudeorum remaneret in terra illa. Nam ciuitas que postea fuit edificata et dicta helya, non fuit sita ubi prius erat, sed iuxta. De hac ergo abominatione id est ydolo abominabili posito in templo desolato, videtur intelligenda auctoritas Danielis, inducta a christo, que fuit data in signum propinquissime totalis euerfionis hierusalem. Et in figuram euerfionis quasi ecclesie et finis mundi, cum videlicet antichristus reedificata hierusalem et templo, ut ait apostolus, in templo sedeat tanquam sit deus, faciens se pro deo et vero messia iudeorum adorari. Et hoc erit signum propinquissimum destructionis totalis hierusalem spiritualis id est ecclesie. Non quod ecclesia deficiat ex toto tempore antichristi, licet tunc multi recedant ab ea et ruant spiritualiter. Sed quia post mortem antichristi communiter creditur quod parum durabit mundus, sed finem habebit. A christo veniente ad iudicium, et tunc deficiet ecclesia in quantum militans transfata in triumphantem. Hec igitur desolatio templi et ciuitatis durabit usque in finem id est circa tempus antichristi qui erit circa finem mundi.

### De ipso antichristo .§.I.

et aduentu christi ad iudicium que sequentur, habent in dicto, c. vii, daniel. Vbi prius fit mentio de quattuor monarchiis mundi successiuis, que notantur per quattuor bestias exeuntes de mari magno, ubi pugnabant quattuor venti, id est angelice potestates ex quattuor mundi partibus per regna vel contra. Mare magnum est mundus, vel moraliter quattuor venti quattuor hominum passiones, gaudium seu delectatio includens in se amorem et desiderium, dolor seu tristitia includens odium et abominationem, spes includens in se audaciam et iram, timor includens in se desperationem. His enim passionibus homines dediti ad inuicem pugnant. Quattuor bestie exeuntes de mari vna post aliam, significant monarchias que habuerunt principalem dominium mundi temporalibus suis, que communiter bestialiter et tyrannice vixerunt. Hanc primam dicitur similem leone habenti alas aquile, cui ale auulse sunt, et datus est ei cor, et stetit ut homo significat regnum assyriorum, quod fuit primum in monarchiis. Assimulatur autem leone propter violentiam et libidinem talis gentis. Nam leona est animal violentum et luxuriosum. Due ale sunt due gentes, id est assyri et caldei, quibus precipue presunt. Ale iste dicitur aquile propter diuturnitatem talis regni. Aquila enim diu viuit. Incepit enim illud regnum sub saruch per auo abrae, forte a nemroth, vel saltez a Pino qui regnauit in ninuen, et durauit usque ad balthasar qui sedem regni tenebat in babilone, ubi interfectus fuit ut patet d. an. v. Quae auulse sunt ei ale, et postea datus est ei cor, refertur ad nabuchodonosor magnum autem vel paruum balthasaris, cui ad tempus sublatum est imperium cum scilicet propter superbiam conuersus est in bestiam. Sed postea restitutus ut patet daniel, vii. Secunda bestia egredia de mari similis dicitur ursi, habenti tres ordines dentium in ore eius dicebat. Surge et mede carnes plurimas, hec designat monarchiam persarum et medorum que simulatur urso propter patientiam laboris, et victus pericitatem. Nam per pulmentum sale vtuntur et cardamomo, cepit hec monarchia in dario, et cyro nepote eius postquam occidit balthasar capta babilone et durauit usque ad darium vrsani huius nominis quartum, deuictum ab alexandro magno per successionem, xvij, regum medorum et persarum. Dicitur autem in parte, et non in toto similis urso huic bestie, quia ita parca fuit in vultu hanc monarchiam, quod nil tamen crudele fecit in opere erga populum dei, scilicet iudeos sibi subditum. Tres ordines dentium sunt tria genera principum sibi astantium scilicet medorum, persarum, et caldeorum. Et quod ei dicebatur, Comede carnes plurimas, refertur ad regem assuerum, cui persuasum fuit ab Aman amicissimo, et iam litere destinate erant, ut certa die occiderentur omnes iudei ubicunque inuenirentur, sed reuocatum totum fuit, ut patet in historia Bester per torum.

Tertia bestia dicitur similis pardo habenti alas auis, et quattuor capita, et potestas ei data est. Hec significat monarchiam grecorum que assimilatur pardo, que est varii coloris, siue propter varietatem regnorum siue propter varietatem doctrinarum. Nam sub ista monarchia multum claruerunt philosophi. Aristoteles enim dicitur fuisse magister alexandri, Alas dicitur habuisse auis propter velocitatem adeptionis dominum. Nil enim velocius victoria alleradri, ut non videat bellasse se, volasse ad acquisitionem dominum. In xv, enim annis subiugauit sibi regna orientis. Et cum moueretur allate sunt epistole de regnis occidentis. Potestas ei dicitur data, quia non a se, sed a deo habuit tantum dominium ad punitionem malorum. Quattuor capita fuerunt quattuor reges qui ei successerunt in dominio macedonie. Nam in oriente regnauit Seleuchus in babilonia et syria ab occasu, Philippus in grecia, Ptolomeus in egypto versus meridiem, Antigonus in asia et in Ponto versus aquilonem, Baillarum

## Capitulum Quartū

autem defecerunt. **Q**uarta bestia dissimilis  
ceteris, licet nō ponat similitudo eius, tñ hebrei  
dicunt similem apro, secundum illud ps. lxxix  
Exterminavit eam aper de silua. Hec bestia ter-  
ribilis, habens dentes ferreos, comedens et cū  
tra comminūēs et reliqua pedibus conculcās,  
est monarchia romanorū, que omnia sibi subie-  
cit regna ferro armorum. Habebat autem hec be-  
stia cornua decem quod respicit ad finem mūdi  
Nam cepit hec monarchia a Julio cesare qui  
primus sibi vsurpauit imperium, sed pfecta est  
in octauiano augusto sub quo natus est christus  
Et iam durauit ab ipa dñi natiuitate p annos  
355. Sed circa finem mūdi diuiditur in de-  
cem partes. Nouem enim regna recedēt a chri-  
stiano imperio, et maior pars horū etiam ab  
obediētia eccie, vt regnū indorū, Regnū turco-  
rū, Regnū saracenorū, Regnū tartarorū, Regnū  
armeniorū, Regnum georgianorū, Regnum  
grecorū. Licet enim impator eorū cum patri-  
archa suo redierint ad fidem romane ecclesie, tñ  
non recognoscit imperatorem romanorū sibi  
superiorem, Regnum boemorū qui iam, xxxv  
annis elapsis recesserunt a sinceritate fidei, nec  
dum reducti ad vnitatem, ecclesie. Regnum  
francozum et si fidelissimum sit non tamen re-  
cognoscit superiorem impatorē romanorū,  
Decimum regnum seu decima pars imperij di-  
uisi est romanum imperium, quod figuratum ē  
per decem soles secundum vaticinium sibile.  
Inter ista decem cornua vidit daniel oriri cor-  
nu paruulum, et tria euulsa sunt de prioribz cor-  
nibus a facie eius. Hoc cornu est anticristus de  
tribu dan ignobilis, cum dan natus sit de an-  
cilla, tria cornua euulsa de prioribz, vt dicitur in  
hystoria scolastica, sunt tres reges scz aplice  
egypti et ethiopiae, quos interficiet, Alij, vñ, colla  
ei subiciēt vt victori, Oculi quasi hoīs quos  
vidit daniel in cornu isto paruulo, est subtilis, et  
alta eius scientia et malicia, Os autē ingentia lo-  
quetur, quia Deum se dicit et messiam in lege  
pmissum, Quod iudei credentes pfluēt ad eū  
Qui reedificare faciet templum dei, Et in eo po-  
net solium suū, vt deus, Et ad se trahet homines  
terroze tormentorū, Promissione terrenorū,  
et conatione operatione falsorū miraculorū  
vt dicitur plenius infra, et interficiet, Enoch et  
helyam, Et subdit daniel, Aspiciebam tunc po-  
siti sunt throni scz assessorū, et antiquus diez  
sedit scilicet deus maiestate sua iudicium faciet  
Et ponitur dispositio eius ibi vide, Et libri aper-  
ti scilicet scientie singulorū, tunc patebunt,  
Et vidit q bestia illa quarta perisset et corpus  
eius traditum esset igni, et potestas aliamm be-  
stiarū etiam ablata, quia omnis principatus  
mundi cessabit, Et ecce in nubibus celi filius  
hominis veniebat, et obtulerunt eū vsq ad an-

tiquum dierum, et data est ei potestas honor et  
regni, et omnis populus, tribus, et lingua seruit  
et ei et cetera, Et subdit de cornu illo paruulo scz  
Antichristo, q faciebat bellū aduersus sanctos  
et preualebat, donec venit antiquus dierum,  
Et putabit scz antichristus q possit mutare tē-  
pora, et leges, et iudicium sedit, vt auferatur po-  
tentia eius et conteratur.

### In sequenti capitulo. §. II.

Danielis octauo ponit alia visio danielis quaz  
habuit anno tertio Balthasar qui regnabat in  
babilone monarcha vltimo assyriorū, Aliam  
quā exposuimus in §. precedēti habuerat anno  
primo regni eius, Et tangit de duabus monar-  
chijs scz persarū et medorū, et de monarchia  
grecorū, Et monarchia medorū ostensa ē sibi  
in ariete, hñte duo cornua quibz ventilabat con-  
tra omnes partes mundi, et nullus pōt resistere  
Monarchia vero grecorū vidit in hircō capra-  
rum qui habebat cornu magnum in fronte quod  
esseratus in arietem occidit eum, Istud cornu  
fuit alexander magnus, qui percussit arietem illū  
cornua habentem duo, quia deuicit et occidit da-  
rium vltimum monarchā medorū et persarū Illo  
cornu fracto id est alexandro mortuo, orta sunt  
quattuor cornua in capite hirci, quia diuisum  
est imperiū alexandri in quattuor regna, In  
egypto regnauit ptolomeus filius lagi, In ma-  
cedonia philippus frater alexandri que est ad  
occidentē, Syrie et babilonie, et superioribz locis  
ad orientem, Seleuchus nichanor imperauit,  
Asie et ponto et puincijs illius regionis antio-  
chus ad septentrionē, Et hoc scdm orbis totius  
plagas, Cornu autē modicum quod egressum ē  
ex vno de his quattuor cornibus, et factum est  
grande, hic est antiochus epiphanes descēdēs  
a Seleuco, qui dum esset rome obses fugiens  
inualuit in regnū et magnificatus est ptra meri-  
diem, i. ptra egyptios et contra orientem, i. eos  
qui in perfide moliebant nouas res, et ptra for-  
titudinē celi, i. filios israel et deiecit de stellis i ter-  
ram, i. de iudeis, et vsq ad principem fortitudi-  
nis magnificatus est, i. ptra deum, quia ab eo ab-  
stulit iuge sacrificiū, et deiecit locū sanctificatio-  
nis, quia posuit in templo statuas Jouis, Vbi  
sciendum q iste pessimus antiochus qui mar-  
tyrizari fecit matrem cū septem filijs, et multos  
alios ppter obseruantiā legis dei, figura fuit  
anticristi veri, Vnde que dicuntur de ipso sig-  
nato p illud cornu paruū, exponunt pōne omnia  
et aptissime de antichristo et magis pprie, Dñs  
et gabriel dixit Danieli, declarans sibi visionē  
de cornu paruū, Ego ostendam tibi que futura  
sunt in nouissimo maledictionis, quoniam ha-  
bet tempus sinez suū, hoc autem non erit nisi  
in fine mōi, Et post explanationē arietis et hirci

## Titulus XIII

et quattuor cornuoz eius. exponens de alio cor-  
nu paruo extorto inter illa ait. **Q**uod creuerint ini-  
quitates. Surgens impudens facie scz antichri-  
stus. et intelligens ppositiones. i. magna sciam  
Et roborabit fortitudo eius. sed non in viribus  
suis scz quia in malicia diaboli et arte magica q̄  
vteretur. Et supra q̄ credi potest vniuersa vastat  
bit. vt scz subiciat sibi omnes. Et prosperabit et  
faciet. Et interficiet robustos scz Enoch et hely-  
am et populum sanctorum scdm voluntatem suam  
id est veros fideles. Et dirigitur colus in manu  
eius id est fraus. et fallacia in miraculis facien-  
dis. Et cor suum magnificabit vt scz faciat se ab  
omnibus venerari. Et in copia rerum omnium  
occidet plurimos scz promittendo et donando  
diuitias credentibus sibi. Et contra principem  
principum consurget id est contra christum.  
dicendo non illum. sed se esse christum in lege  
promissum. Et sine manu conteretur. quia scilicet  
dum dicit se celum ascensurum fulminabitur.  
Et paulo ante dicit. q̄ auferet a deo iuge sacrifici-  
um scz celebrationem christiani cultus et sa-  
cramentoz ecclesie. Et prosternetur veritas in  
terra. quia non erit qui audeat predicare verita-  
tem. Quod vero subditur hanc tribulationem  
duraturam diebus duobus milibus trecentis  
et postea mundandum sanctuarium. refertur ad  
ipsum antiochum. quando hierusalem cepit et  
violauit templum dei multis imundicijs. Que  
apphanatio durauit tanto tempe id est circa sep-  
tem annos. et postea mundatum est templum a  
Iuda machabeo cum suis. In capitulo etiam  
vndecimo danielis plura dicitur de isto Antio-  
cho pessimo et antichristo. q̄da q̄ ueniunt antio-  
cho et q̄da antichristo cuius figura extitit. vt dicit ma-  
gister in hystoria scolastica. Et in capitulo duo-  
decimo ponitur de michaele pugnante pro eccia  
Et de tempe quantum durabit talis tribulatio  
Et de tempe postmodum dando.

### De antichristo lo .§. III.

quitur psalmista. cum ait ps. ix. Constitue dñe  
legislatorem sup eos. vt sciant gentes quoniam  
homines sunt. Et quid dñe recessisti longe des-  
picias in opportunitatibz in tribulatione. dum su-  
perbit impius incenditur paup glo. exponit hoc  
de Antichristo. Iste antichristus venturus est  
scdm voc. et scripturas. in fine mundi. Qui vt  
dicit vincen. in speculo hystoriarum. circa finem  
nascetur in babylone de tribu dan. ex viro et mu-  
liere. Sed concepto et animato. vt dicit magister  
in hystoria scolastica. descendet diabolus in vte-  
rum matris. ad implendum eum omni malicia  
vt vase suo. Et quamuis angelus bonus non ei  
subtrahatur ad custodiam. sicut et datur alijs ex  
vtero matris natis. vt dicit beatus Thomas in  
prima parte. tamen postq̄ incipiet malicia vti.

nullum effectum custodie in eum exercebit eo  
obstinato. Sic antichristus vt dicit Methodius  
martyr. qui multa predixit de futuris nouissimis.  
apparebit corozaym. que est ciuitas vici-  
na iudee. nutrietur in nazaret. regnare incipiet  
in capharna. tunc vt dicit Vincentius vbi  
supra. veniet in hierusalem. et ibi faciet se circū-  
cidi. vt ostendat se reformem patribz iudeoz. et di-  
cet se messiam in lege eis promissum. Et iudei in eū  
credent. et vt messiam suum suscipient et vene-  
rabunt. Et h' est quod christus dixit eis. Jo. v.  
Ego veni in nomine patris mei et non me rece-  
pistis alius veniet in nomine suo scilicet anti-  
christus. querens gloriam propria. et illi accipiet. scz  
vt vex christi. Ipse igitur antichristus fortis in malicia  
et potentia tyali. bellabit contra fortes virtuali-  
ter scz fideles. Et inde sequet maxima tentatio  
Et i dictis vobis ps. Potest notari quadruplex  
modus tentandi. quo vteretur antichristus ad re-  
ceptionem hominum. Primo p prolationem fallaci-  
um doctrinarum ps. Constitui tomone re. Secū-  
do p oblationem plurium diuitiarum. Sciant  
gentes re. Tertio per illationem multiplicium  
pressurarum. Et quid tomone re. Quarto per  
patriationem rerum prodigiosarum. Dum super-  
bit impius. Quantum ad primum ponitur  
ibi plens imperatium p futuro indicatium. quod  
frequenter faciunt prophete. Iuxta illud hie-  
mie. xvij. Duplici contritione contere eos dñe  
teus noster id est conteres. Non enim propheta  
optat vel impetrat malum populo suo sed pnu-  
ciat. Constitue ergo dicit. i. constitues legisla-  
torem sup eos peccatores. videlicet qui legisla-  
tor erit antichristus. vt dicit glosa. Dicit autem  
teus illum constituere. non faciendo sed pmit-  
tendo. vt enim ait beatus Augustinus in enche-  
ridion. Nil in mundo fit. nisi omnipotēs fie-  
ri velit. vel pmittendo fieri. scz quo ad mala q̄  
non impedit. Vel ipse faciendo quo scz ad bona  
quoz est actor. Antichristus igitur dicit se esse  
messiam promissum iudeis in lege sua moysayca.  
dicit ad se spectare condere nouam legem secū-  
dum q̄ pdixit per hieremiam tomone Dabo  
leges meas in cordibus eorum. scilicet et cetera  
Et daniel. vij. dicit de antichristo q̄ putatq̄ pot-  
est mutare tempe et leges. Et legem quidē mo-  
saycam non reprobat. sed que in ea habent  
de messia. vt illud. Prophetam suscitabit teus  
de fratribz tuis. ipm tanq̄ me audietis. Deute-  
rono. vicesimo octauo et cetera. dicit de se pnu-  
ciata. et in se impleta. Dñi et multa occulta alijs  
vel futura. diabolo reuelante pnu-  
ciabit. vt ostendat se magnum prophetam. Christum autem que  
adorant christiani. dicit per se et suos predica-  
res fuisse receptorem. et ideo propter scelera sua  
seu superbiam fuisse crucifixum. et a deo reuelatum.  
Que autem in veteri testamento habent

## Capitulum. III.

de passione eius, exponet falso diuersis apparen-  
tibus veritatibus, vt etiam nunc exponit iudei  
**O**zalia legis male interpretabit, vt de usuris  
lilelo repudij, psecutione inimicorū & huulinoz  
di. que omnia cōcedet. Legales cerimonias vt  
datis deo dicet obseruandas. Et vt dicitur a gre-  
gorio. vij. de consecratione distinctōe. iij. peruent  
Ipe faciet celebrari a suis diem sabbati vt pla-  
ceat iudeis. cum hoc sit in lege eoz, & diem do-  
minicam in venerationem sue nō dñsti resur-  
rectionis. Dicit eni se moriturum & die tercia  
resurrecturum. Vnde ibi dicitur q̄ festiuantes  
sabbatum & dominicam sunt predicatorēs an-  
tichristi qui vtrumq; faciet celebrari. Locus res-  
sidentie antixpi dicitur fore hierosolyma. Sed  
predicatorez suos mittet per orlem, sicut dñs  
misit apostolos ad eum predicanduz & ma-  
nifestandum esse dñstus. Vnde & antichristus  
**M**athei. xxij. **S**uli pseudo prophete surgēt,  
& multos seducēt. Et paulopost, si dixerint vo-  
bis scz pseudo prophete id est predicatorēs. Ec-  
ce in deserto est christus, nolite exire scz ad vi-  
tendum eum. Ecce in penetrabilibus nolite cre-  
dere. Exponunt autē eius predicatorēs scripturas  
fallaciter, et cum magna eloquonia et versutia  
verborū. Predicatorēs autē ecclesie tacebunt, vel  
timore passionis, vel amore terrenorū, vel igno-  
rancia scripture sacre, ppter quam nescient con-  
futurare expositiones extortas illorum. Et sic im-  
plebitur illud signum p̄p̄nui iudicij datum a  
christo **M**athei. xxij. Stelle cadent de celo id  
est doctores decident ab intellectu et studio scri-  
pture. Dicitur enim dan. xij. Qui ad iusticiam  
erudiunt plurimos quasi stelle. Scriptura dicitur  
celum. Vnde septimus papa dis. xxxvij. Sicut ait.  
**M**entes fidelium inherentes sacre  
scripture firmamento id est celo, nō obscurabit  
mundana iniquitas. Non tamen ex toto cessa-  
bunt predicatorēs veritatis, et p̄maxime de pa-  
radiso terrestri mittentur in mundū. Enoch et  
Helyas quo fuerūt trāslati, vt habet. d. p̄io. Be-  
ne. v. d. scdo. iij. Reg. ij. **H**i predicabūt contra an-  
tichristum, detegentes eius fallaciam. De qui-  
bus exponitur communiter illud **Apoca. ij.** Da-  
bo duobus testibus meis et p̄brabunt id est  
predicabunt diebus mille ducentis sexaginta  
id est annis tñb? cum dimidio, quāto etiā tēpe  
durabit p̄dicatio antichristi et p̄secutio. **A**mi-  
cti erunt saccis, vt dicitur ad inducenduz exem-  
plo ad p̄niam. **H**i sunt due oliue scz pleni mise-  
ricordia, et duo candelabra lucētia scz doctri-  
na in conspectu dei. **H**i habent potestatem clau-  
dendi celum ne pluat, et potestates super aquas  
conuertendi in sanguinem, et percutere terram  
omni plaga. **O**pinio etiam est aliquorū, vt Jo-  
hannis dominici, et thxophilij, q̄ **J**ohānes euā-  
gelista non sit adhuc mortuus secundum illud

**J**ohannis vltimo. Sic enim volo manere donec  
veniam scz ad iudicium ait christus. **I**n paradiso  
sum & terrestres et ipse translatus veniet, & ipse  
predicaturus contra legem antichristi et suam  
doctrinam. Satis enim videtur istis congruus,  
q̄ si d tempore legis nature mitteretur vnus testis  
pro christo contra antichristi fallacem doctrinā  
scz enoch, et vnus de tempore legis moysayce scz  
Helyas etiam et lex euangelica que est dignior  
ceteris habeat suum testem qui erit **J**ohannes  
euangelista, vt sit numerus plenus testum scz  
ternarius. Et tunc cum eis bibet calicem passio-  
nis ab antichristo occidendi. **E**i enim dictum  
fuit **M**athei. xx. sicut et iacobo fratri suo. **M**alis-  
cem meum bibetis. Quod nondū videtur ple-  
ne impletum in iohanne cum martyrio non les-  
gatur migrasse. **S**ecundo bellabit antichristus  
contra fideles per diuitiarum donationem, vñ  
dicit. **N**ō sciant gentes quoniam homines sunt  
illi scilicet qui suscipient hunc legislatorem seu  
legem eius, homines enim tales dicuntur p̄t  
homo deriuatur ab humo id est rediti terrenis  
diuitijs. Et liy vt ponitur consecutiue non causa-  
tiue. Et hoc enim q̄ permittet deus illum anti-  
christum dare legem, et multi eam recipient,  
quia terrena cum ea p̄cipient, scient gentes q̄  
tales sunt homines, nō viri ratione vtentes, &  
virtute, sed terrenis deseruientes & ea querētes  
**D**n̄ & dan. vij. dicit, q̄ in copia rex omnū occi-  
det plurimos, vt dictū est supra. Et dan. ij. di-  
citur q̄ diuidet terrā gratuito, et thesauri copiosi  
sibi manifestabunt. Et descendendo ad practi-  
cam. **B**eatus vincentius maximus predicator  
dicit in sermonibus scilicet q̄ predicatorēs sui  
discurrētes p̄ orlem, facient populos congrega-  
ri, vt zelantes salutem eoz dicentes, vt clare p̄-  
cipiat, quia non querimus vestra bona, vt fe-  
cerūt p̄dicatores christi, seductores mundi, qui  
vt scitis non vacabant ad aliud nisi vt accipe-  
rent bona vestra, petentes decimas, et p̄micias  
& oblatōes, & elemosinas auaricie rediti. **N**on  
hoc querimus a vobis, sed vt mandauit nobis  
magister noster verus christus, salutē querim⁹  
verā, & ex charitate volumus vobis subuenire  
qui indigetis, veniant paupes in tali loco & eis  
p̄uidebit. **T**erre atrenta cupiditate hōim qui nō  
querunt nisi terrena, ista via est sufficiens ad se-  
ducendum innumerabiles populos. **S**i enim  
quotidie vt videt clare hōies p̄ vno floreno  
immo & argento negant christum ope, quia mē-  
dacia multa dicunt, & p̄iuria addunt, quāto ma-  
gis cum eis magna quantitas pecunie, offeret.  
**V**nde beatus gregorius in penulti. moral. tra-  
ctans illud **J**ob. xl. Sub ipso leuiathan erūt rā-  
dij solis, & sternet sibi aurum quasi lutū dicit q̄  
diabolus nūc p̄ callidas suggestiones, tunc scz  
in fine mundi per damnatum illum hominem

## Titulus XIII

scilicet antichristum. quem replet scilicet malicia solis  
radios sibi. i. doctos quosque et sapientes subicit  
**D**el aurum. i. viros sanctitate vite fulgentes.  
quasi lutus vicis sibi substerneret scilicet ad ter-  
rena querenda inducens. Et habetur hoc de pe-  
nitentia. dist. ij. c. Qui seduci. In apocalypsi etiam  
c. xij. dicitur quod bestie ascendenti de mari habenti  
septem capita et decem cornua simili leopar-  
to. sed pedes similes ursi. os autem simili leo-  
ni. dedit potestatem magna draco scilicet sathanas  
qui faciet omnes pusillus et magnos habere  
caracterem in dextra manu aut in fronte et quod  
nemo possit emere vel vendere nisi qui habue-  
rit caracterem. Bestia ista antichristus est bestialis  
de mari mundi eris. xij. capitalibus vicis plenus  
et cornibus. scilicet transgressionibus preceptorum ad  
que cunctos inducere conatur et cum eis vulne-  
rare animam. leopardo variato in coloribus si-  
milis est. propter maximam eius hypocrisim qua  
sacritate simulabit. ursi et leoni propter crudelita-  
tem. Hic faciet ut caracterem. i. ymaginem suam et  
cultum eius quilibet habeat in manu dextera. i.  
in operibus specialibus. ut ieiuniis. elemosinis. ora-  
tionibus. et huiusmodi. hoc intendat eius venerationem  
aut in fronte. i. saltem in apparentia. ut saltem  
ab extra conformet se cum alijs in cultu et veneratione  
sui. quia cor non potest videri huiusmodi. Alias  
non possit cum alijs negociari. unde nec lucrari  
tamquam excommunicati infideles vitandi propter quod  
terrena amantes ei obedire et pibere. Et ex hoc sci-  
ent gentes. quia huiusmodi. i. huiusmodi inhxerentes et ter-  
ram querentes erunt qui recipient hunc Anti-  
christum et legem eius. Neque enim iudei qui ipsius  
ut messiam expectant aliquid sperant ab eo habere  
propter quod ei adhxerant nisi terrenam patriam  
hierosolimam. Libertatem a servitute et divitias  
et gloriam. Tertio plerumque contra christianos  
per pressuram. i. tormentorum illationem et tribulatio-  
num a vnde ps. ix. Ut quid dicit recessisti etc. in  
tribulatione per excessum. Erunt enim tunc inquit ta-  
lis tribulatio. qualis non fuit ab initio mundi  
usque tunc. ut dicitur a christo. math. xxij. Daniel  
etiam. c. xij. dicit. quod veniet tempus quale non fuit  
ab eo quo gentes esse ceperunt usque ad tempus illud  
et apocal. xij. dicit. quod datum est bestie de qua su-  
pra dictum est bellum facere cum sanctis et vin-  
cere illos. Et data est ei potestas in omnem tribum  
populum linguam. et gentem. Quia in bello vicat  
sanctos viros intelligit quo ad corpus quia per  
ualebit et occidet eos. etiam Enoch et helyas faciet  
occidere in platea hierusalem. ut dicitur apocal. xi.  
Et ad terrorem aliorum faciet corpora eorum iacere in  
sepulta. Et quia tunc fideles viri non habebunt  
quasi aliquod exterius adiutorium. nec predicatio-  
num. nec miraculorum. nec confortantium sacramen-  
torum. dicitur deum recessisse longe et despiciere suos in  
tanta necessitate secundum apparentiam. Sed non

usquequaque deferens eos sicut premii confortas  
Exercebit igitur antichristus omnia genera tor-  
mentorum in christianos ad spectandum eos etiam  
inaudita. Hanc autem pressuram insinuavit  
Jacob patriarcha cum ait Gen. penult. et c. xlix.  
fiat dan coluber in via cerastes. in semita mori-  
tens equi ungulas. ut cadat ascensor eius retro  
Salutare tuum expectabo etc. beatus grego-  
rius exponit in moralibus ista de christo pronun-  
ciata de tribu dan dicit antichristus nasciturus  
et interpretatur causa. vel iudicium. quia ut caput  
causa erit innumerabilium malorum. et iudici-  
um sequitur eum. Hatus est dan de ancilla in  
servitutem generanti. quia omnes sequaces eius  
servi sunt diaboli. Et in numero signatorum. xliij.  
milionum ex omni tribu israel. scilicet in libro vite non  
ponitur tribus dan. quia eius sequaces reprobi  
sunt. Dicit ergo fiat id est fiet. Dan id est anti-  
christus descendens. vel signatus in Dan. colu-  
ber in via. i. incedentes per viam mandatorum. vel  
per viam latam viciorum. ut coluber colens vin-  
tam per affectum. et veneno perfidie occidens. Et  
in semita id est incedentibus per observantiam  
consiliorum. et viam artem virtutum. Fiet cera-  
stes. qui ut dicit beatus gregorius est serpens cor-  
nutus. quia hoc persequet cornu potentie torrens  
eos. et occidens. mordens equi ungulas. ut cadat  
ascensor eius retro. equi secundum beati gregorii hic  
signaret mundum currentem ad occasum. hu-  
mans per superbiam. hynnitum faciens in luxu-  
rie manifestationem fodiens ungula terram et  
fodiens per avaritiam. Ungula que est ultima  
pars corporis huius equi. est finis mundi. Ascen-  
sor ipsius equi est qui mundo inhxeret. et a mundi  
desert hinc inde amore. Mordet ergo dan. ut cera-  
stes cornu ungulam equi. i. antichristus verat  
in fine mundi existentes. Ad quid. Ut cadat  
ascensor eius amator mundi retro. ubi non vi-  
det et sensum amittat. ut scilicet non videant perditio-  
nem suam in quam cadunt. Sancti tam fortiter  
resistunt expectantes salutare domini in gloria.  
Quarto certamen assumet contra fideles per  
miracula. sed falsa. Et istud erit periculosius ce-  
teris. propter quod dicit christus math. xxij.  
Et dabunt pseudo prophete id est predatores  
Antichristi prodigia magna ita ut si fieri potest  
in errorem inducantur etiam electi. Et hoc in-  
nuitur cum ait ps. Dum superbit impius anti-  
christus anthonomastice. quia extra et contra om-  
nem pietatem veri cultus divini. Superbit etiam  
am intantum. ut dicit apostolus. ij. th. sa. ij. quod  
extollitur super omne quod dicitur aut colitur  
deus. ita ut in templo sedeat. tanquam sit deus. Et  
ad ostendendum suam divinitatem. ut adoretur  
dicit ibidem idem apostolus. Cuius adventus  
est secundum operationem sathane in omni-  
bus. scilicet virtute et signis. et prodigijs mendacibus

## Capitulum Primum

his in omni seductione. Et apocal. xij. dicitur  
q̄ data est ei p̄tās ⁊ signa facere ⁊ pdigia. ita  
vt ignē faciat descēdere in terrā in aspectu homi  
num. vt seduceret gentes. Eliget enim aliquos  
pre ceteris fautores sue malicie. quos vt aplos  
suos mittet p̄ orbem ad pdicandum. sup quos  
opere diaboli faciet descēdere ignem de celo. ⁊ t̄  
quasi sp̄m sanctū acceperint. Qui ⁊ ipi ope dia  
boli pdigia facient. Et descēdendo ad practicā  
leati uincētij. post q̄ sui predicatorēs p̄nuncia  
uerint doctrinā ant̄ christi vt veri filij dei. dicēt.  
Et nō dubitetis de ueritate doctrine nostre. ec̄  
te miraculis firmabimus. Accedant infirmi  
aliqui sc̄z in quos diabolus immittet infirmita  
tes. quaz sc̄z curationē ⁊ eos publice sanabit.  
Et si quos sanare nō potuerint. dicēt ex deo factu  
fidei eoz p̄cedere. vel quia male uerentur sanita  
te. Et quod plus est accedēt ad tumulos ⁊ faci  
ent eos aperiri. ⁊ offundunt se aliquos suscitare d̄  
notis populo. nō q̄ uere resuscitent. qz h̄ diabo  
lus nō p̄t facere. sed assumet diabolus ip̄e cor  
pus aereti illius talis notū. ⁊ loquet̄ ut ille. di  
cens se esse illū ⁊ uirtute messie false t̄ suscita  
tum. ⁊ de alia uita multa dicet diabolus in spe  
cie illius. ⁊ christū quem coluerunt. Christiani  
vt seductore damnati. ⁊ antichristū uerū deū.  
Dum ḡ ita supbit impius antichristus. hincen  
ditur paup̄. fidelis illuminat̄ interius a christo  
incenditur zelo ueritatis. uolens ⁊ lachrymans  
p̄ perditione ⁊ seductione tantoz. Hec tenta  
tio utiqz marina erit. quia vt dicit greg. in mo  
ral. Videbit martyr pro ueritate se extorqueri  
sine operatione alicuius miraculi. ad p̄bandū  
ueritatē sue fidei. Et contra tortorem suū ad  
offensio nē sue falsitatis miracula facere. D̄  
lis t̄ratio. Erte vt dicit christus Mat̄. xiiij.  
Nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua  
omnis caro. Nō enī durabit nisi p̄ tres annos  
cū dimidio. quanto etiā tpe pdicauit christus.  
vt habet Dan. r̄. Et apoc. xij. ⁊ xij. Post q̄  
aut̄ antichristus ascenderit in tantā supbiam.  
vt post simulationē sue mortis ⁊ resurrectionis.  
dicat se publice in celū ascensurum. sup montē  
oliueti stans fulminabit. vt dicit magister in  
h̄stor. scola. ⁊ uinc. Et si nō de modo mortis ei  
t̄ de morte eius ex p̄te habet Dan. viij. ⁊ xi. c.  
in si. plenus. ⁊. ū. th̄sa. ū. Et apoc. xvij. Ante  
mortē antichristi resurgēt Enoch ⁊ helyas ter  
tia ⁊ se post occisionē eoz ⁊ publice uocati in ce  
lū ascendent. Fortuo aut̄ antichristo quantum  
mūdus sit duraturus incertū ē nobis. Videtur  
t̄ q̄ ad min. xlv. dies uenit h̄lo seductis. vt re  
uerti possint ad p̄niam. Ex eo qd̄ dicit Dan. r̄.  
Beatus q̄ expectat ad dies mille trecetos triaḡ  
taqz. Et an̄ ista ponit tps p̄secutōis antichri  
sti. q̄ auferet iuge sacrificiū christi. numer⁹ r̄icz  
diez mille ducēti nonagita. ⁊ tres anni. cū dimi

dio. q̄bus addendo. xlv. sunt. Mcccxxv.

### Titulus. iiii. de dono ti moris. Q̄no ad timorē multa inducūt. Ca. i.

#### Timor domini est

tonū sp̄m sancti quod esaias enu  
merando ipsa uona ponit in septi  
mo loco. Sed hic ponitur in q̄nto.  
Et licet multa dicta sint de timore in quantum  
est passio in prima parte in titulo de passionib⁹  
diffusius tamen hic agetur. ⁊ p̄ alium modum  
et de multiplici timore. Sciendū aut̄ q̄ ad ti  
morem d̄ni multipliciter inducimur ex v̄.

Primo ex scriptura theologicali. Secundo ex  
tatione internali. Tertio ex figura spiritali.

Quarto ex creatura ymuerfali. Quinto  
ex actione supernali. Sexto ex punitione diui  
nali. Septimo ex utilitate plurali.

Primo dicitur Deutero. x. quid petit dominus a  
te nisi q̄ timeas dominum deum tuum ⁊ am  
bules in v̄s eius. ⁊ diligas euz ac seruias ei in  
toto corde tuo. ⁊ i tota anima tua. ⁊ serues mā  
data ei. p̄. xxij. Venite filij audite me timo  
rem domini docebo uos. quis est homo qui uult  
uita. ⁊ gratie ⁊ glorie. diligit dies uidere bonos  
sc̄z in gloria quasi dicat. timor d̄ni est initium  
huius. Et signa eius sunt. uelina a malo. quia  
timor domini expellit peccatum. Eccl. i. Et fac  
bonum. quia qui timet deum faciet bona. Inq̄  
re pacem. quia timor domini quasi paradus.  
Ecclesia. xxvij. qui est locus quietis ⁊ pacis. chri  
stus in euangelio. Timete eum qui p̄t animā  
et corpus perdere in gehennā. Mat̄. xxv. Princeps  
apostolor̄ ait. Deum timete. i. p̄. q̄  
Bern. sup can. In ueritate comperi nihil ē ita  
efficax ad gratiam p̄merendam retinendā. re  
cuperandam. q̄ si omni tempore coram deo in  
ueniaris. nō alta sapere. sed timere. Beatus hie  
ronimus in epistola. Timor custos est uirtutū

Secundo ratio interna nobis suadet deum  
summe esse timendū multipliciter. Dicitur enī  
ratio vt timeat qui superior est. qui nocere seu  
flagellare potest. nec ualet ei resisti. Deus igitur  
cum sit summus d̄ns dominorum. nec possit ali  
quis resistere potestati uel uoluntati eius. ideo  
merito timendus est super omnes. Hanc ratio  
nem tangit moyses Deutero. x. Qui cū admo  
nuisset populum. dominum deum timere. Sub  
dit quasi pro ratione. Ip̄e est deus uestrorum. et  
dominus uoluntati. deus magnus potens et  
terribilis. D̄n ⁊ malach. i. dicitur. Si ego domi  
nus uester sum ubi est timor me. Et hieremi.  
xv. Quis nō timebit te o rer̄ gētū. Si demones  
contremiscunt vt. asserit Iacobus in canonica  
sua ad potestatem eius. cui nō est potestas simi  
lis sup terram. quantum debet timere plenus